



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

L. Markgraf Otto widmet der Stiftung eines Altares in der Pfarrkirche zu Friedeberg 15 Hufen Landes im Dorfe Lichtenow, am 26. Mai 1372.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

L. Markgraf Otto widmet der Stiftung eines Altars in der Pfarrkirche zu Friedeberg 15 Hufen Landes im Dorfe Lichtenow, am 26. Mai 1372.

Nos Otto, dei gracia etc., notum facimus tenore presentium universis, quod nos ob laudem et honorem dei omnipotentis, gloriose sue genitricis virginis Marie ac divini cultus augmentum, quem presentium desideramus effectibus ampliari, nostre quoque, progenitorum et successorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium animarum remedium salutare, appropriavimus, dedimus et donavimus, appropriamus presentibus solempniter et donamus altari sancti Johannis apostoli et evangeliste et Georgii martyris in parochiali ecclesia opidi nostri Friedeberg de novo situando, locando, consecrando quindecim mansos, in villa lichtenow situatos, cum supremo et infimo iudicio, cum servicio curruum, cum pactu, censu ac omnibus redditibus, fructibus, honoribus, commodis, libertatibus, graciis, utilitatibus et pertinentiis universis, quibus clericus Nicolaus de Sanz, plebanus in villa Wildenow, noster devotus et dilectus, prefatos mansos a nobis hucusque nomine dotalicii tenuit et possedit, in antea a nobis, heredibus ac successoribus nostris pro usu et utilitate dicti altaris et rectoris ejusdem, qui pro tempore fuerit, iusto proprietatis titulo adhabendum, tenendum, utifruendum sine quorumlibet impedimento perpetuis temporibus pacifice et quiete. Collacionem vero sive jus presentandi altaris ejusdem nobis perpetue reservamus. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri et accioni et impetitioni, quod vel que nobis in prefatis mansis et eorum pertinentiis hactenus competebat, competit vel competere poterit quomodolibet in futurum. In hujus rei evidenciam sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testibus strenuis Ottone Griffen, Bernhardo de Schulenburg, militibus, ac honorabilibus Henrico Plebano in Kiritz, nostro prothonotario, cum ceteris fide dignis. Datum Arnswolde, vigilia corporis cristi, MCCCLXXII.

Aus Ditsmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 177.

LI. Markgraf Otto verpfändet der Stadt Friedeberg das oberste Gericht für im Kriege gemachte Auslagen, am 29. Mai 1372.

Wir Otto etc. bekennen etc., das wir den erbarn wisen Luten, den ratmannen zu Friedeberg, vnser liben getruen, zu eynem rechten phande ingesetzt haben vnd setzen met diesem Briue vnse oberste gerichte darfelbes in der stadt met sinen zubehorungen vnd rechtikeiden, als wir es bisher gehabt habyn, vor virhundert marck vinckenogen, die sy vns gentzlich entricht vnd bezalt haben an gewinne, dat sie in dessem kregge vns vnd Herrn Halffen von Wedel von Vchtenhagen vnd vnser manne getan haben, als sie vns boweifet haben, also das sie alle broke, alle rente, alle geuelle, alle nutz vnd frucht, die zu demselben gerichte gehoren sollen, vfnemen vnd boren ane hinderniß, als lange went das sie die vorgenannte summe gelt virhundert mark vinckenogen wider vngenomen haben gentzlichen vnd gar: vnd was sy dar van nemen, es sie, wor